

4346.

1348 Juli 16.

Fogde, borgmästare och råd i Nyköping tillkännagifva, att Ingrid, Rangvald Arnvaldssons hustru, sålt till domprosten herr Nils i Strengnäs ett halft markland jord i Urskielum (Urskälla) i Tuna socken.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus aduocatus, borghæmestaræ ceterique consules Nicopie salutem in Domino sempiternam. Notum vobis facimus, quod in nostra presencia discreta mulier Ingridis, Rangualdi Arnualdsson uxor, constituta recognouit pupplice, quod dimidiam marcham terre in Vrskielum, parochia Tuna, quam dilectus maritus suus idem R. in dotam(!) contulerat, honorabili viro domino Nicolao, preposito Strenginensi, pro pleno precio, sibi ad manus tradito, vendiderat perpetuo possidendam, renuncians omni jure, quod sibi in dicta dimidia marcha terre competeat vel competere posset, in ipsum dominum prepositum et eius heredes transferendam. Datum sub sigillo nostro ad instancias predicte Ingridis, que sigillo proprio non vtitur, in euidentiam premissorum. Anno Domini m^occc^oxl^o octauo feria quarta ante Margarete virginis.

På baksidan: de Vrskællum parochia Tunom.

Sigillet borta.

4347.

1348 Juli 18.

Avignon.

Clemens 6:s resolutioner på en ansökning om Quillinge sockenkyrka i Linköpings stift af Holmger Magnusson, samt på ansökningar om andliga lägenheter af magister Nils Johansson inom Vexjö, Johan Holmgerson inom Linköpings, Nils Ebbeson inom Upsala, Henrik Henriksson inom Vesterås', Björn Olofson inom Åbo, Anders Enarsson inom Roskilde och Henikin Tidekinsson inom Skara stift.

Påff. registr. i Vatik. ark. Clem. VI Reg. Suppl. an. VII p. 1 fol. 165.

Tryckt eft. P. A. Munchs afskr.

- l. Supplicat S[ancitatis] V[estre] deuotus vester orator Holmgerus Magni, presbiter Lincopensis diocesis, quatenus sibi specialem gratiam facientes de ecclesia parrochiali Quillinge dicte diocesis vacante in curia per obitum Andree Franati ultimi rectoris eiusdem, qui nuper in dicta curia diem clausit extremum, cuius quidem ecclesie fructus, redditus et prouentus annui quinquaginta florenorum aureorum summam secundum communem extimationem annuatim non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis dignemini eidem Holmgero misericorditer prouidere cum acceptatione, inhibitione, reservatione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus deputatis ut in forma... *Fiat R.*
- v. Item supplicat S. V. Nicolaus Johannis, magister in artibus, presbyter Lincopensis diocesis, quatenus sibi specialem gratiam facientes ad collationem etc. episcopi Vexionensis etc. ut supra.. *Fiat R. etc. R.*

1) Ansökan af norrmannen Nils Halstansson om en andlig lägenhet.